



JOHANNAE K. ROWLING

Harrii Potteri Libri Primi: “Lapidis Philosophi” capitulum secundum: “Vitrum Evanescens”

Harrius cujus parentes mortui sunt cum tantum unum annum natus esset a gente magorum commissus est avunculo et materterae suis ut ab eis educaretur sed illi sunt Muggles stulti (homines vulgares) et apud eos Harrius vitam miseram jam decimum annum degit.

“Expergiscere, surge, statim!”

Harrius subito experrectus est, matertera Petunia rursus januam pulsavit.

“Surge!” clamavit stridens. Harrius eam audivit ad culinam euntem et tum sonitus satiginis in foco impositae, (Harrius) versus tergum somnium recens meminisse conatus est. Optimum fuerat somnium. In eo fuerat birotula automataria, nescio quo modo sensit se idem somnium prius habuisse.

Metertera regressa, ante januam stabat.

“An iam surrexisti?” rogavit.

“Paene” inquit Harrius.

“Festina modo, tuum est laridum curare, cave ne illud torreas, volo die natali Duddliculi omnia optime fieri.”

Harrius gemitus edidit.

“Quid dixisti?” voce mordaci rogavit matertera per januam.

“Nihi, nihil...”

Dies natalis Dudley – num oblitus erat? Harrius lente e lecto surrexit et tibiala quaerere coepit, bina sub lecto invenit et, cum araneum ab una detraxisset, ea induit. Harrius assuetus erat araneis quod armarium sub scalis situm, erat plenum eorum et ibi Harrius dormiebat

Vestitus per atrium iit in culinam. Mensa paene celata est donis quae plurima, die natali Dudley accepturus erat. Dudley visus est habere novum instrumentum computatorium quod volebat, ne dicam alterum instrumentum televisificum et birotulam cursoriam. Veram causam cur Dudley vellet Harrius nesciebat quod Dudley obesissimus erat et exercitationem omnem oderat – scilicet nisi occasionem habebat aliquem pulsandi, praesertim placebat ei pulsare Harrium, sed raro eum capiebat. Harrius, quamquam speciem cursoris non habebat, re vera erat celerrimus.

expergiscor: *se réveiller*

surgo: *se lever*

matertera: *tante, sœur de la mère (amita : sœur du père)*

strideo: *faire un bruit strident*

sartago: *poêle*

vector: *se tourner*

conor: *s'efforcer, essayer de*

birotula automataria: *moto*

laridum: *lard*

torreo: *brûler*

mordax: *mordant, méchante*

tibiale: *chaussette*

araneum: *toile d'araignée*

detrahere: *retirer*

cursorius: *de course*

scilicet: *bien sûr*

species: *l'aspect*